Gloria laudis resonet in ore omnium patri genitoque proli spiritui sancto pariter resultet laude.
Laus deo patri parilique proli et tibi sancte studio perenni spiritus noster resonet ab ore omne per evum. perenni
Ex quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi gloria in secula

quod deus non patiatur. et mala opera exerce
mus. et plus pro carnis luxoria quam pro salu
te animae laboremus. Timeo ne quando bo
ni christiani cum angelis accipiunt vitam aeternam;
Nos quod absit praecipitemur in gehennam; Non
nobis sufficit fratres quod christi nomen ac
cipimus. si christiana opera non facimus; Ille enim
prodest quod christianus dicitur. qui castitatem
diligit ebrietatem fugit. superbiam detestatur.
invidiam velut venenum diaboli respuit; Ille
verus christianus est. qui furtum non facit. qui falsum
testimonium non dicit. qui nec mentitur. nec periurat
qui ad ulterium non committit. Qui ad ecclesiam
frequenter venit. et de fructibus suis non praesumat
prius nisi ipse prius deo aliquid offerat. Qui de
cimas annis singulis tribuit erogando pauperibus; sed
dit. sacerdotibus suis honorem inpendit. Qui omnes
homines sicut semet ipsum diligit qui nullo homini
in odio tenet.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0011